



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vera Sapientia Virtute Et Tranquillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum

Eucherius <Lugdunensis>

Martinus <Bracarensis>

Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Cap. XVIII. Angelos Plena Veritate perfrui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

ficilè credunt homines ex
charitate fieri, quod sibi mo-
lestum est.

C A P. XVIII.

ANGELOS PLENA

Veritate perfrui.

I. **C**VM qualibet re perfe-
ctè quis fruitur, sui
oblitus; se quasi dere-
lictò, & contempto, tendit in
illam; nec attendit, quid in
se, sed quid in illâ agatur; nec
qualis ipse, sed qualis ipsa sit.
Ergo Angeli magis se con-
temnunt, quàm nos. In Deũ
quippe toto nisu tendentes,
se ipsos, cum ceteris creatu-
ris, post se tota intentione,

Q 5

de-

derelinquunt : Nec saltem
respicere se se dignantur , ita
se viles ducunt. Tota se uti-
que mente contemnentes,
suique obliti , toti ad illum
vadunt : Nec quid , aut quales
ipsi , sed ipse sit , attendunt. Et
quanto se amplius contem-
nunt , seque à se ipsis auertunt,
suique obliuiscuntur ; tanto
similiores ei , & ideo meliores
fiunt.

2. Angelos ducit Christus
in amplexum sponsi sui : nos
auellit ab adultero ; id est , à
mundo. Illos fortes , & con-
stantes efficit , ad fruendum
sponso ; nos ad carendum ad-
ultero ; id est , mundo. Illos te-
net

net in specie, seu re: nos in fide, & spe. Illis perfectum, dat gaudium, in verâ beatitudine; nobis tolerantiam, in tribulatione. Illis beatam vitam, nobis autem, vt multū, preciosam mortem. Illis vivere sibi, id est, Deo; nobis mori mundo. Illis gaudere de suis bonis; nobis dolere de nostris malis. Illis læta corda; nobis contrita. Illis iustitiam; nobis pœnitentiam. Illis finem; nobis initium boni.

3. Confidenter dico, Angelos nullum à Deo percipisse munus maius, aut dignius, pretiosius, siue vtilius, & ideò optabilius, nec pulchrius,

Q 6

chrius,

chrius, charitate. Quis hoc intelligat, aut credat? *Deus enim charitas est.* Et ideò, qui maius aliquid, aut melius charitate habet, aliquid maius, aut melius Deo habet.

C A P. XIX.

*VERAM ANIMÆ PVL-
chritudinem in sola Ve-
ritate reperiri.*

I. **N**ullam rem cernis, quæ non in suo genere naturalem quandã pulchritudinem habeat, atque perfectionem. Quæ cum deest, aliquo imminuta modo, iure tibi displicet. Ut verbi gratia; si hominem naso truncatum